



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De sententia sancti Hilarij, quæ trinitatem personarum propriam ostendit.

C. D. E. F. G.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

æqualis vel inæqualis est patri, nec similis vel dissimilis: sed æqualis & similis secundum substantiam.

Desententia S. Hilarii, qua in Trinitate personarum propria ostendit.

C

Non est igitur hic pretermittendum, quod vir illustris Hilarius proprietates personarum assignans, dicit in patre esse æternitatem, speciem in imagine, usum in munere: quæ tantæ difficultatis sunt verba, ut in eorum intelligentia atque explanatione vehementer laborauerit Aug. ut ipse ostendit in 6.li. de Trin. ita dices: Quidam cum vellat breuissime singularum in Trinitate personarum insinuare propria: Æternitas est, inquit, in patre, species in imagine, usus in munere. Et quia non mediocris autoritas in tractatione scripturarum & assertione fidei vir extitit (haec n. Hilarius in lib. suis posuit) horum declarationum, speciei, & usus, abditam scrutatus intelligentia, quantum valeo, non enim secutus arbitror in æternitatis vocabulo: nisi quod pater non habet patrem de quo sit, filius autem de patre est ut sit, atque ut illi coæternus sit. Imago nam si perfectè implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imaginis suæ: in qua imagine speciem nominavit. Credo propter pulchritudinem, ubi tanta est con-

Cap. 10. in
principio.Hil. in prin-
cipio lib. 2.
de Trinit.

Hilar. li de

synodus in

declaratione

1. definitio-

nis orienta-

lismus ait. I-

mago omnis

eius ad quæ

imaginatur

species indis-

ferens est.

Neque enim

ipse sibi quæ-

nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & quæ imago est,

nulla ex parte dissimilis: sed ad idem titatem responde-

sed cum cuius

dens ei cuius imago est: ubi est prima & summa vi-

imago est, ne-

ta: cui non aliud vivere, & aliud esse, sed idem &

ceste est, ut i-

primus ac summus intellectus: cui non est aliud vi-

mago dema-

uere, & aliud intelligere, sed idem hoc unum tan-

stret. Imago

i: aq[ue] est rei

quam verbum perfectum, cui non desit aliquid: &

ad rem coa-

ars quædam omnipotenteris & sapientis Dei plena o-

quanda im-

mnium rationum viuentium incōmutabilitū: &

ginata, &

omnes unum in ea: sicut ipsa unum de uno, cum quo unum: ibi nouit omnia Deus, quem fecit per ipsam. simul est.

Hic de spiritu sancto quare vsus dicatur.

*Est ergo pa-
ter, est &
filius
quia imago pa-
tris est fi-
lius, & qui
imago est, ut
vere imago
sit, speciem
necessè est, &
naturam,
Essentia
secundum
quod imago
est, in se ha-
beat anthro-
pum.*

EST autem ineffabilis quidam complexus patris & imaginis, qui non est sine pfruitione, sine charitate, sine gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, felicitas vel beatitudo (si tamen aliqua humana voce digne dicitur) vsus ab illo appellata est breuiter, & est in Trin. spiritus sanctus non genitus, sed genitus genitiq; suauitas, ingenti largitate atq; vbera te perfundens omnes creaturas pro captu earum Itaq; illa tria & à se inuicem determinari videtur, in se infinita sunt. Qui videt hoc vel ex parte, vel speculū in enigmate, gaudeat cognoscens Deum, & gratias agat. Qui vero non videt, tēdat per pie- tatem fidei ad videndum, non per cecitatem ad calu- niandum: quoniam unus est Deus, sed tamē Trinitas. Ecce habes qualiter verba Hilarii præmissa acci- pienda sint, licet tantæ sint profunditatis, ut etiam adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus: cum & ipsa eorum ex- planatio, quam hic Augustinus edidit, plurimum in se habeat difficultatis & ambiguitatis.

Quod secundum hanc expositionem non distin-
guuntur ibi proprietates persona-
rum tres.

Non n. secundum præmissam expositionem dis-
tinguuntur hic tres illæ proprietates superius as-
signatae, sed ipsæ hypostases distinctæ ab inuicem
mostrantur, æternitatis tamē nomine eadē video-
tur designata proprietas, quam notat hoc nomen
*Aug. i. bid.
Hilar. in li-
de synodis.
Proposito-*
ingenitus. Sed videamus quid sit q; ait: Imago signatæ impleret, cuius imago est, ipsa coequatur ei, non illud suæ imagini. Videatur n. dicere, quod fili⁹ que-
ne 26. si quis est imago patris, patri coequatur, non pater filio
innascibilem cum & filius dicatur æqualis patri in scriptura, &
sine initio pater filio: sed fili⁹ hoc habet à patre, ut sit ei equa-
dicat filium, lis, pater autē non habet à filio: & tamē filius ple-

ne a

est in
Qu

PE
bis af
sonar
latiu
quib
ritus
tame
signi
ni si
terni
qua c

IL
triur
lens
super
ait: I
S. v.
nū, o
lium
ter &
& si
plene
Pate
est,
nec
filii
bus
mai
sinu

ne ac perfecte equalis est patri, id est, *imago ei cui⁹*
est *imago*.

Quare dicatur *Hilarius* propria personarum assignasse
in verbis predictis, cum ibi non sint expressae
proprietates.

quasi duo
sine principe
et duo
innascibili-
lia, & duo
innata di-
cens, duos
faciat deos

PROPRIA ergo personarum in predictis ver-
bis assignasse dicitur *Hilar.* qd relativa nomina p-
sonarum posuit, scil. *imaginis*, & *muneris*: que re-
latiuè dicuntur de personis, & proprietates notat *anathema*
quibus distinguuntur personæ. Ita n. dicitur *spiritus*. Caput
ritus sanctus munus relative, sicut donum. Verū enim quod
tamen ipsas proprietates aliis tribus nominib. nō est princi-
pium omnium filius,
significauit, iuxta predictā August. expositionem;
nisi solo nomine eternitatis, quo non ipsam pa-
ternitatem, sed eam voluit intelligi notionem
qua dicitur *ingenitus*.

Quod earundem personarum distinctionem notat
Augustinus alius verbis sine expressione
trium personarum.

G

Caput autem
quod est
principium
Christi
Deus, &c.

ILLUD etiam sciri oportet, quod earundem Aug. c. 5. a. l.
trium personarum distinctionē Aug. ostendere vobis ī vñ
lens sine expressione illarum trium proprietatū Ib. dē paulo
superius cōmemoratarū in I. de doctr. Christi, sic superius.
ait: In patre est unitas, in filio æqualitas, in spiritu
S. unitatis æqualitatisq; concordia. Et hæc tria v-
nū, omnia propter patrē, æqualia omnia propter fi-
lium, cōnexa omnia propter spiritum S. Itaq; pa-
ter & filius & sp. S. & singulus quisq; horū Deus est,
& simul omnes unus De⁹: & singulus quisq; horū
plena substātia est, & simul omnes una substātia.
Pater nec filius est, nec spiritus S. & fili⁹ nec pater
est, nec spiritus S. spiritus sanctus nec pater est,
nec filius: sed pater tantum pater, & filius tantum
filius, & spiritus S. tantum spiritus S. Eadem tri- Ioān. 10. f.
bus eternitas, eadem incommutabilitas, eadem
maiestas, eadem potestas. In his verbis aperte in-
sinuatur personarum trium distinctio.

M 3 Qua-